alla stessa tauola da Monarchi, i quali dopo il pranzo l'accompagnarono à cavallo per la Città dal Palazzo alla sua casa. Da essi nacquero D. Christofano Sandoval primogenito, e successore nella casa, e negli stati. Don Diego Gomez Commendatore maggiore di Calatraua, e Conte di Saldagna luogo portatogli in dote da D. Luisa Mendozza primogenita del Duca dell' Infantado. D. Giouanna Sandoval maritata con Don Gio. Manuello Perez Guzman Duca di Medina Sidonia, la quale è auola del presente Re di Portogallo, e della Reina d' Inghilterra. D. Caterina Sandoval data in moglie à Don Pietro Fernandez di Castro settimo Conte di Lemos. D. Francesca Sandoval moglie di Don Diego Lopez de Zuniga Auellaneda, e Cardenas Duca di Pigneranda, e Conte di Miranda. Fù esposto nel funerale dell' Eccellentissima Sig. Duchessa d' Vceda l' immagine del Duca di Lerma con questo elogio.

FRANCISCVS GOMETIVS SANDOVALIVS
IN LVSITANA EXPEDITIONE, ET VALENTIÆ PRÆFECTVRA
PHILIPPI II. AMOREM PROMERITVS
REGIÆ GRATIÆ POSSESSIONEM
IN PHILIPPO III. AMPLIFICAVIT.

ALTERVM IN ALTERO REGNARE DIXISSES:
LERMÆ PRIMVM, MOX ETIAM VCEDÆ DVX
DVOS IN VNA DOMO GRANDES HABERE
VEL PRIMVS, VEL SOLVS POTVIT.

MAGNITVDINE SVA PAR ORBI TERRARVM
IN REGIO ANIMO RERVM OMNIVM DOMINVS
HISPANIÆ MONARCHIÆ, ET EVROPÆ DIV MODERATVS
FORTVNA MAIOR, QVAM CONTEMPSIT
SIBI DOMINATVRVS AB AVLA RECESSIT.

VOLVNTARIO IN EXILIO ROMANA PVRPVRA INSIGNIS
QVANTVS ERAT, QVI IACENS PAR ERAT REGIBVS:
ANIMVM VTRIVSQVE FORTVNÆ CAPACEM
A MAGNO PROAVO FELIX SORTITA
PROSPERAM VITÆ MODERATIONE
ADVERSAM IN MORTE CONSTANTIA VICISTI.

Christophorum Sandoualium Vcedæ primum, mox Lerma Ducem eadem, quæ Patrem tam ab aula remotum, Regis benevolentia, & fauor excepit, collata in ipsum Monarchiæ totius administratione, perinde ac si virtutis necessitudo hereditarium domini Regis amorem fecisset. Tanti animi magnitudo par fuit periculis Austriaci imperij cum in Germania, tum in Hispania laborantis ab emulorum, & Hæreticorum litore, qui vires omnes eò contunxerant, ut Austriacam potentiam, & magnitudinem apud Italos, Belgas, Germanos, terra, marique, immo in utroque orbe labefactarent. Bellorum, & hostium multitudo prudenti Ducis administrationi victorias, & amplitudinem addidit. Ab uxore Marian-

D. Cristofano de Sandoual Duca di Vceda, e poi di Lerma succedè al suo gran padre partito dalla corte nella grazia del Monarca D. Filippo III., e nel gouerno di tutta la Monarchia, diuenendo credità di questa casa il fauore Reale p solo diritto del merito. La vastità del suo animo fù eguale a' bisogni dell' Imperio Austriaco nelle Spagne, e nell' Alemagna, mentre l' inuidia de' gli emoli, e de' protestanti vnì tutte le forze per abbattere la grandezza, e la potenza dell' Augusta Casa d' Austria nell' Italia, nella Fiandra, nell' Alemagna, nella terra, e nel mare, e in tutti i due mondi. Dalla moltitudine de' nemici, e dalle guerre il buon gouerno del Duca raccolse sempre vittorie, e gloria maggiore. Ebbe in mo-

na Manriquia Padillia Antelati in Castella maioris filia filios ille suscepit Franciscum Gomeium Sandoualium Lerma Ducem, ac heredem, Bernardum Sandoualium Bellomontij Marchionem, Aloisiam Io. Alphonso Henriquio Castella Architalasso nuptam, & Isabellam Ioannis Telli Gironij Vrsanenensis uxorem, ac Ducis Excellentissimi Gasparis matrem.

Franciscus Sandoualius Lerma, & Vceda Dux domesticae amplitudini, ac splendido aulae otio castra, & laborem praeferebat, anno saeculi huius vigesimo nono Hispana legionis cognomento Sabanda Tribunus ad Insuabres venit; ratus videlicet aulae gloriae hereditate decorè satis se frui non posse, nisi virtute, ac manu eius possessionem adiret. Eodem anno Nicæa, Pontioni, & Aquis Statuellis Montisferrati arcibus expugnandis magnum momentum attulit; quare statim ostendit se ab una virtute fortunam sperare, metamque sibi destinatam designauit, cui ex occasione omni quaestipralia, & relatæ victoriae iter, & cursus erant. Insecuto proxime anno cum legione sua in Subalpinam Galliam ad Pinarolij à Transalpinis Gallis oppugnati subsidium contendit, sed ob praepoteram

glie D. Marianna Manrique Padiglia figliuola dell' Adelantado maggiore di Castiglia, dalla quale generò D. Francesco Gomez Sandoual Duca di Lerma primogenito, e successore nella Casa, D. Bernardo Sandoual Marchese di Belmonte, D. Luisa Sandoual moglie di Don Gio. Alonso Enriquez Almirante di Castiglia, D. Isabella Sandoual maritata con D. Gio. Tellez Giron Duca d' Osuna, e madre dell' Eccellentissimo Sig. Duca Don Gaspare.

D. Francesco Gomez Sandoual Duca di Lerma, e di Vceda passò dalla Corte, e dalla grandezza paterna al campo militare l' anno 1629. in questo Stato di Milano Mastro di Campo del terzo Spagnuolo detto di Sauoia, stimando non poterfi godere la gloria degli antenati per eredità da chi non ne prende il possesso col proprio merito. Nel medesimo anno concorse all' acquisto di Nizza della Paglia, Aiqui, e Ponzone nel Monferrato, facendo subito conoscere di auer posta la sua fortuna nel solo valore, e additando la meta, à cui aspiraua, chi anche di corso cercaua tutte le occasioni di combattere per conseguir vittorie. L'anno poi del 30. andò col suo Terzo nel Piamonte per portarsi con parte dell' esercito al soccorso di Pinarolo assediato da Francesi, e non potendo giugnere à tempo, perche la fortezza subito si arrendè, ritornò verso il Mon-

arcis deditionem re infecta inde regressus, Stura Pontis, Sancti Georgij, & Rubilliani munita oppidam reditu hostibus eripuit, strenue ultus iniuriam, qua fortuna obstiterat, ne suo inuicto pectore ostium Italia muniret. Casalensem inde ad obsidionem properauit, quam arcem Italia Helenam armatis Europa Principum amoribus toties petitam, Galloque tunc subiectam Meduanensis Dux, Toraxij Dominus, & Ripariae Marchio, magna virtutis, & fama Imperatores propugnabant. Semesire spatium tenuit ea obsidio periculo, & fama longè hac acate nobilis. Praeerat Lermius Hispanis, qui ad alterum arcis propugnaculum accessum moliebantur: ubique Dux aderat, praesertim vero ubi periculum praesentius occurreret. Quamobrem sclopi maioris glandem pectore ex cepit, qua in lipsanotheccā spina Christi seruatoris insignem è proximo impaeta in obsequium numinis, cuius exuias agnouit, ipsi etiam christallo pepercit, luidumque duntaxat summa in cute sui vestigium relinquens eius herois virtutem, & merita testata est, quem Calum iisdem armis protegebat, quae deum vulnerarunt. Spina hac caelestis perpetuo fidei vinculo subiecta cum ceteris terrarum fortunis ad primogenitos Sandomalia

Monferrato, e tolse di mano à nemici le forti Terre di Pontestura, S. Giorgio, e Rosigliano, vendicandosi nobilmente della fortuna, che gli auca tolto il poter chiudere quella porta dell' Italia col suo inuicto petto. Si portò di poi all' assedio di Casale, quell' Elena dell' Italia vagheggiata sempre, e cercata tante volte con l' armi da Principi dell' Europa, che era nelle mani allora della Francia, e difesa dal Duca di Mena, da Monsù di Toras, e dal Marchese di Riuara Capitani di gran fama, e di egual valore. Durò quell' assedio sei mesi, e fù de' più perigliosi, e famosi di questo secolo. Il Duca di Lerma comandaua alle genti Spagnole, le quali trauiagliauano nell' approccio contra vn baluardo della Cittadella, ed egli stesso andaua à gl' incontri più perigliosi, onde riceuè nel petto vna palla di moschetto, che lo colpì in vn reliquiario, oue era posta vna Spina del nostro Redentore ben autentica in questo successo, perocche essendo venuto il colpo molto da vicino, non ruppe pur il cristallo, lasciando solamente il segno del sangue concorso nel petto del Duca senz' altra ferita, testificò il valore, ed il merito di quell' Eroe, al quale il Cielo ne' maggiori perigli faceua seruire di scudo le stesse armi, che ferirono vn Dio. Questa reliquia è di poi rimasta

vincolata nella primogenitura di

gentis transiit ; conseruandum enim est , ut pulcherrimum omnium ornamentum in triumphali domo trophaeum illud , & spoliū , quo Deus victor usus est ad coronam . Ea tandem in expeditione ita omnes strenui imperatoris numeros impleuit Lermans , ut iam obsidionalibus vijs , quibus ipse praerat , in fossam erumpentibus , obsessi tradere urbem coacti , arcis etiam deditioem intra constitutum tempus pacti sint , nisi prius opportuno subsidio liberarentur . Adfuit Gallorum exercitus vi 1. Kal. Nouemb. , & pugnaturus omnino videbatur . Supremus Castrorum Praefectus ; & moderator exercitus renunciatus fuerat Lermans id temporis , quod ille munus ex animo suscepit ; illud enim assecutus in arena virtutis , & nouis subinde , maximisque periculis obiectum , meritis non generi , ipsi non maioribus intelligebat deferri . Ille propterea Imperatorio egregie functus officio omnia ita parauerat , ut omnibus pugna esset in votis ; sed pax agitata primum , mox ingenti Galliae beneficio sancita Praefuli Mazzarino qui eam impetrauit , futura iecit fundamenta fortuna , Ducis verò praesentem victoriam ademit . Anno trigesimo primo exercitum duxit in Belgas honestatus eodem munere praefectura eò maiori sua virtutis commendatione , quò breui tempore quamplurimis expeditionibus quolibet honoris gradus maior probatus illuc ibat , ubi eminentia dignitatis pluribus occurrebat periculis , onerabatque officium susceptum par-

questa gran famiglia ; douendo essere il più bell' ornamento di vna casa piena di trionfi l'auer per trofeo di vittorie le stesse spoglie , che ad vn Dio vincitore furon corona . Operò in somma da Capitano sì prode , che essendo già sboccato col suo approccio nel fosso , si attendè la città , e patteggiò la resa anche la Fortezza ; onde a' 26. d' Ottobre venne l'Esercito Francese per combattere , e tentare il soccorso . Era stato in que' giorni il Duca dichiarato Mastro di Campo generale dell'Esercito , dignità volentieri da lui accettata , perche riceuendola nel campo del merito , e nel tempo del maggior pericolo conosceua esser data al suo valore , non alla sua nobiltà , à lui , e non à suoi antenati . Perciò toccando ad esso il gouerno , e la difesa del Campo , tutto auca in modo disposto , che la battaglia era da tutti bramata , mà la pace trattata , e ottenuta da Monsignor Mazzarino à fauore della Francia leuò al Duca la vittoria , e stabilì à quel Prelato il fondamento della sua fortuna . L'anno seguente , che fù del 31. passò il Duca con vn buon Esercito da questo stato Mastro di Campo Generale nella Fiandra con tanto più di stima , quanto à più proue in poco tempo mostratosi maggior d'ogni grado andaua in loco , doue la preminenza era più esposta a' perigli ; ed oltre all'obbligo del proprio

ta iam fama. Plus tamen gloria ex
 eo munere accedit, cuius dignitas sine
 incremento meritorum sustineri non
 possit. Altero subinde anno duos
 menses obsessio Traiecto ferre suspen-
 sionis cruento saepe Marte pugnavit.
 Tertio supra trigesimum Mosam
 cum exercitu nullo ponte traiecit,
 quod factum audacia, & periculum
 per ea tempora commendarunt in
 paucis. Mox Insulam Stephani sub-
 egit, & munijt. Anno consecuto
 exercitus sibi commissus usus Argen-
 tauiam cepit; regias deinde copias
 assecutus, iunctisque viribus, Lutia
 expugnata, Traiectum sex milibus
 hostium propugnatum obsedit, qua in
 opugnatione multo fuso cruore saepius
 pugnatum Ducis prudentia. & vir-
 tute auspice. Inde Breda subsidium
 illatum. Anno trigesimo quinto Bru-
 xellas protexit exercitus, opem Loua-
 nio tulit, hostem Brabantia expulit;
 Ceteraque acie in Diesthemio recu-
 perando subsistente, hostes ipse copia-
 rum parte insecutus; tandemque tot
 victorijs manus partis, supremam
 imposuit coronidem pulcherrimo om-
 nium facinore, in quo primas tulit
 consilium, Schenchiura enim natura,
 & arte inexpugnabile Batavia pro-
 pugnaculum summa virtute, & fa-
 ma occupauit. Ita igitur Franciscus
 Sandoualij Regis, & gloria mere-
 batur in Belgio stipendia, ut vnus
 Imperator tot sibi victorias, quot

prio ufficio; re portaua seco vn
 più grande, cioè quello della già
 acquistata fama. Non sono però
 mai più onoreuoli le dignità, che
 quando conseruar non si possono
 con onore senza nuouo merito.
 Nell'anno 32. assistè per due mesi
 continui al soccorso di Mastrich,
 che più volte si tentò con impre-
 se molto sanguinose. Nel 33.
 passò à guazzo con l'esercito la
 Mosa fatto il più arrischiato di
 que' tempi: e acquistò, e fortificò
 Esteuensuert. Nel 34. coman-
 dò ad vn esercito à parte; occupò
 il Castello d'Argentau, e con-
 giugnendosi con l'esercito Reale
 preso il Castello di Luts' accam-
 pò sotto Mastrich difenduto da
 6m. huomini, doue si fecero fu-
 riose, e sanguinose scaramucce
 tutte gouernate dal valore, e dal-
 la prudenza del Duca. Indi passò
 con l'esercito al soccorso di Bre-
 dà. Nel 35. coprì con la gente
 la Città di Brussels, portò soc-
 corso à Louanio, scacciò i nemi-
 ci dal Brabante: e mentre l'Eser-
 cito si fermò à recuperare Diste,
 seguì con parte di esso i nemici
 e coronò tante altre opere della
 sua mano con vna maggior di
 tutte, perche fù gran parto anche
 del consiglio, sorprendendo con
 gran valore, e con gloria eguale
 il famoso Schenchenfcans posto
 dalla natura, e dall'arte per ba-
 luardo inexpugnabile dell'Olan-
 da. In tal guisa militaua il Duca
 nella Fiandra, che tutte le impre-

Respublica pericula numeraret. Sed hunc vincendi tenorem importunissimus ortus ab ipsis militaribus curis, laboribusq; morbus abrupit, quo breui sublatus vita mortalis exitum, immortalis exordium inuenit; quippè vita, & morte meritus est, ut non minus vigeat in posteris præclara eius factorum memoria, quam sempiternus futurus sit dolor ob acerbum tanti viri interitum, à quo tanto plura, & maiora orbis terrarum sperabat. Felix Henriquia Architalassi, & Victoria Columna filia Duci vxor Christophorum Sandoualium peperit, quem sine prole abstulit properum fatum, quare in Francisco defecit virilis præclara gentis soboles. Cum enim Heroes Republica magis, quam vni familia diuino consilio nascantur, maior sapè ijs fecunditas contigit ad virtutem, quam ad stirpem propagandam. Neque verò ipsi hoc mortalitatis supplemento indigent, ut sibi sint superstites, quos factorum fama, & morum similitudo immortalitati conseruant; hac enim nobilitior, & magis ex vero expressa imago, quam solo sanguine, aut facie filij nequeunt exhibere. Ex eodem tamen thalamo natas Heroinas geminas Dux reliquit, Marianam Sandoualiam Cardena, & Segorbia Duci locatam, alteram vero Felicem Excellentissimam Vceda Ducem, cuius nunc deflemus mortem, & admiramur virtutem. Francisco eius parenti hoc pendeat elogium.

se di quelle fierissime guerre diueniuano trionfi di vn sol Capitano. Mà subito restò rotto il corso delle sue vittorie da importunissima infermità, nata dalle fatiche, e da disagi, la quale in pochi giorni lo condusse al termine della vita mortale, e al principio dell'immortale, perche vn tal viuere, e vn tal morire meritano non meno viuua la memoria di ciò, che auea fatto, che eterno il dolore per le estinte speranze di ciò, che era per fare. Da D. Felice Enriquez sua moglie, e figliuola del' Almirante di Castiglia, e della Duchessa D. Vittoria Columna, aua riceuuto il Duca D. Cristofano Sandoual, è in pochi anni l'auca perduto senza figliuoli; onde in esso venne meno à questa gran Casa il sesto migliore; imperocche essendo gli Eroi dati dal Cielo più per beneficio del pubblico, che di vna sola famiglia, sono fatti per l'ordinario più fecondi di esempi, che di prole, ne essi hanno di quella bisogno per sopraviuere à se medesimi, mentre restano eterni nella memoria gloriosa delle loro opere, e nella somiglianza della loro virtù, la quale è ritratto più degno di quello, che rappresentano i figliuoli col sangue, e col volto. Lasciò il Duca due Eroine degna prosapia dello stesso letto, l'vna D. Marianna Sandoual maritata col Duca di Cardenas, e di Sogorbe, l'altra l'Eccellentissima Sig. D.

Felice Duchessa d' Vceda, della quale si piange ora la morte, e le virtù si ammirano. L' elogio del Duca D. Francesco suo padre era il seguente.

FILIAM LVGERI MORTVAM
 FRANCISCE LERMÆ DVX VETAS,
 GENITAM NATVRA MORTALEM
 TVA FAMA REGENERAS GLORIÆ.
 NIHIL IN GENVS TVVM SE POSSE
 MORS IN TE SENSIT.
 IN OBSIDIONE ENIM CASALENSI
 TIBI AGGERVM DEFENSORI
 PLVMBEA GLANDE FRVSTRA PEGTVS TENTAVIT.
 VNIVERSI MODERATOR EXERCITVS
 ARCE IAM PENE CAPTA, AVXILIARES ETIAM GALLOS VICISSES
 NISI HOSTES PETITA PACE
 SE VICTOS VLTRO FATERENTVR.
 PLVRIBVS ARCIBVS IN ITALIA EXPVGNATIS
 AD BELGICAS ERVDITVS VICTORIAS
 TRANSMISSO MOSA INTER HOSTIVM PROCELLAS,
 TRAIECTO FORTITER OPPVGNATO,
 BRVXELLIS, ET LOVANIO MVNITIS,
 ARGENTAVIA, ET SCHERCHIO CAPTIS,
 INIMICIS BRABANTIA EIECTIS,
 INTER VIRTVTIS TRIVMPHOS
 NATVRÆ CESSISTI.
 PARENTEM FELIX IMITATA
 MORTEM MORIENDO VICIT.
 QVAM VITAM NEC PROLI DARE
 NEC SIBI POTVIT SERVARE,
 FORTITER MORIENDO
 SVO NOMINI DEDIT; ET GLORIÆ.

*Gironia, & Sandoualia gentis
 seriem distinximus; cum enim Tem-
 pli angustia singulas tot Heroum
 imagines non admitteret, eorum no-
 mina, virtutesque recenseri par erat,
 ut aucta funeris pompa maiorum fa-
 ma immortalitatem mortua Princi-
 pi redderet.*


Si è posta tutta la serie delle due gran Ptosapie Giron, e Sandoual, perche non essendo il Tempio capace di tutte le imagini di così grandi Eroi, era almeno conueneuole ricordarne il nome, ed il merito per onorare le esequie della morta Duchessa, e per immortalarla nella fama de' suoi antenati. Essa

Felix tamen per se veram gloriam quia caelestem, nobilioremque immortalitatem utpote virtute partam obtinuit, relicto nobis argumento, ut pro tanti funeris Mausoleo Templum eius virtutibus sacrum extrueretur.

Tam interioris Templi, quam exterioris theatri quadrata porrigebatur area; huius tamen lateribus concinnè interruptis, & in octangulam exeuntibus faciem. Stereobata ophite commisso augustior, & candidum marmor mentita surgebat. Huius coronide pererrabant marmoreæ cum areis coronis bases rite digestæ, quibus imposita area vasa cancellos imitabantur. Ad primum molis pavementum ferebant marmorei utrinque gradus, hinc è principis aræ, illinc ex eiusdem ianue conspectu. Ab utraque laterum fonte aræ duo simulacra exhibant, Vrsanensem hæc, atque Vcedanum Principatum, illa vero Vrenie Comitatum, ac Pictæ Marchionatum ita exhibentia, ut singula promisso, lugubrique symmate mastæ Principis urnæ auræ coronam porrigerent. Ab aduersis podij basibus aenea duo, sed auro illita stabant signa, quorum alterum (nempe Gloria) suum diadema ad tumulum inclinabat, alterum (cæerat Nobilitas) Gironiam, & Sandovaliam stirpem innexas, & populo visendas offerebat. Prioris huius

Essa però da se stessa hà meritata nel Cielo la vera gloria, e la vera immortalità colle virtù; E perciò il Mausoleo delle sue esequie era vn Tempio alle sue virtù consagrato.

La pianta era quadrata tanto nel Tempio interiore, quanto nell'esteriore teatro, che gli faceua corona. I fianchi di questo leggiadramente interrotti in figura ottagonale si terminauano. Ergeuasi sopra di essa vn nobile Zoccolo finto di marmo bianco con incaltratura di serpentino. Correua su la cornice di esso vn ordine corrispondente di pedestalli di marmo con le cornici di bronzo interrotti con vasi pure di bronzo per balaustri. Ascendeasi sul primo pavemento di questa mole per due scalinate di marmo, l'vna all'Altar maggiore, l'altra alla Porta principale riuolta. Saluano all'estremità de' loro lati in su l'vna due simulacri di bronzo, che rappresentauano i Ducati d'Osuna, e di Vceda; e due in su l'altra del Contado di Vregna, e del Marchesato di Pagnafide con mantò, e luogo strascico di duolo, ciascuno in atto di portare vna Corona d'oro al sepolcro della loro estinta Principessa. Nelle due basi opposte del parapetto posauano altre due statue di bronzo toccate d'oro; delle quali l'vna, che pareua la Gloria, porgeua la sua Corona alla



Sala De Bracci & Milanesi



Felix. tariam quia c. immortalitat tam obtinuit, ut pro tanti f. plium eius vir retur.

Tàm int. exterioris the batur area ; concinnè inter lam exeuntib. ophite commi dum marmor ius coronidē j cum areis co quibus impos. imitabantur. uimentum fer que gradus, hinc ex eiusde Ab utraque i. simulacra ex hec, atque Ve illa verò Ven tia Marchior ut singula pro mate mastia P coronam porr podij basibus a ta stabant sigi (nempe Glori tumulum incl erat Nobilitas doualiam stirp uisendas offer

delle quali l' vna , che pareva la Gloria , porgeua la sua Corona alla





*foldout/map
not digitized*

contignationis octona bases, minori
 tamen mole, areas atollebant urnas
 plurima cupresso frondeas, & facum
 silua coruscas. A quatuor interio-
 ris quadri angulis pila totidem stria-
 ta crescebant variato are, ac formis
 picta. Exterioris iudem theatri cor-
 nua columna quatuor onerauerant
 structura Ionica, basibus, & capitel-
 lis aneum corpus mentita, quas cir-
 cum nigrans serpebat uitta (Sando-
 ualiorum insigne) pensilibus bra-
 chijs ad sustinendas faces distincta.
 Superna molis coronidem una cum
 epistyllo, & marmorea coronide, ac
 zophoro arabicis alijsque signis in-
 texto pilarum, & columnarum ca-
 pita sustentabant. Quadripertita
 coronidis facies tabulas quatuor au-
 reo sero diuites, anea fluentes lauro,
 Aligeris tenendas dederat. E qua-
 druplici columnarum vertice toti-
 dem emicabant signa, area quidem,
 sed auro conspersa, Religionis, Mo-
 destie, Clementie, Equanimitatis
 speciem referentia, quorum singula
 utraque manus gentilitium Roxa-
 rum sidus supra verticem at-
 tollebant. Simulacris proceris

alla tomba: l'altra, che era la No-
 biltà, mostraua al popolo i due
 alberi delle gran Profapie Giron,
 e Sandoual. Da gli otto piede-
 stalli più piccoli di questo primo
 ordine usciano vasi bronzati
 con verdi cipressi ricchi d'vna
 selua di lumi. Da quattro angoli
 del quadrato interiore sorgeuano
 altrettanti pilastri scanellati, e
 con termini figurati, e coloriti di
 bronzo. Da gli altri quattro an-
 goli corrispondenti nell'esterno
 Teatro del Tempio s'alzauano
 quattro colonne d'ordine Ioni-
 co, nelle basi, e ne' capitelli finte
 di bronzo, intorno alle quali ser-
 peggiauua vna nera banda, che è
 la diuisa Sandoual, con molte
 braccia di bronzo per sostegno
 de'lumi. Soua de' pilastri, e del-
 le colonne posaua il cornicione
 della machina superiore con ar-
 chitraue, e cornice di marmo, e
 con fregio di bronzo pieno di ra-
 bescami, e d'altri ornamenti.
 Dalle quattro facciate principali
 del cornicione pendeuano quat-
 tro vaghe cartelle ornate da co-
 rona d'oro sostenuta da Cherubi-
 ni alati con cascate di allori di
 bronzo. Sopra le colonne si ve-
 deuano quattro statue di bronzo
 allumato d'oro, rappresentando
 la Religione, la Modestia, la Cle-
 menza, l'Equanimità, ciascuna
 delle quali sosteneua con ambe
 le mani soua del capo vna stella
 dell'arme della Casa Roxas. So-
 pra dello stesso cornicione trà

intercedebant cupressus in fastigio coronidis, planum verò densi accendebant ignes. In superiori coronidis plano, quà templi spectabat fores, geminis, aureisque leonibus medius & argenteus assurgebat equus; quà verò maxima occurrebat ara theatrum, unicus ex auro Leo medium premebat: (totidem quippe Leones, & Equum parma Gironia, & Enriquia præferunt) quorum dorso una cum areis vultibus, & coronis ingens è marmore incumbebat urna. Quadrifida Urna facies totidem exhibebat in tabulis depictas historias auream calaturam imitantes, quarum ornamenta laurinas demittebant ex are frondes. Ex solido argento ingentia candelabra explicatis frondibus, & multiplici face insistebant angulis urnæ, cuius etiam frons plurima remidebat luminum vi. Pretiosa, & ingens marmoris commissi basis ad sustinendos ignes Urna erigebat. Eadem basis ramos emittebat duos frondibus floribusque surgentes ad corollam innectendam aureo diademati, quod Aligerum nube sustentatum, facibus quamplurimis quantum supernè Roxarum sidus addiderat. Interior huius Templi sinus lectisternium pretiosissimo contextum stragulo, aureumque textile illi desuper imminens obiebat oculis. E quatuor pilarum angulis aderant totidem Principum virtu-

le statue, forgeuano altri cipressi con molte candele, e nel piano di esso vn continuo filare di lumi. Nel piano superiore del medesimo cornicione giaceuano da vna banda verso la Porta del Tempio due Lioni dorati con vn Cavallo d'argento nel mezzo in facciata. E dall'altra verso l'Altare maggiore vn solo Leone dorato nel mezzo, che sono i tre Leoni, e il Cavallo dell'arme Giron, ed Enriquez, i quali sosteneuano col dorso vna grande Urna finta di marmo con maschere, e cornici di bronzo. Nelle quattro facciate principali d'essa si vedeuano altrettante istorie dipinte, finte di basso rilieuo d'oro con cascate d'allori di bronzo. Su gli angoli dell'Urna sorgeuano quattro torcieri d'argento massiccio con fogliami pieni di lumi, de' quali ancora era riccamente adorno il frontispizio spezzato di essa. Sul corpo dell'urna ergeuasi vn zoccolo, ò gran piedestallo di marmi fini commessi, il quale sosteneua molti lumi, e dal mezzo di esso fioriuano due fogliami ad intrecciare vna ghirlanda ad vna corona d'oro sostenuta da vn gruppo d'Angeli, e ornata di lumi, sopra de quali campeggiaua la quinta stella della Casa Roxas. La parte interiore di questo sontuoso Tempio mostraua nel mezzo il letto di duolo coperto di ricchissimo strato sotto baldacchino di tela d'oro. Assisteuano alla sontuosa

tum funebri toro excubantium area simulacra . Vniuersa demum substructioni siue inuenti elegantiâ, siue ornamentorum varietate , aut igniû copia, aut partium concinnitate, & concentis , aut molis proceritate ad fornitem vsque crescente nihil amplius magnificentia, & venustas poterant addere . Hoc igitur Templo in tumuli locum suscepto, & consecrato , ut mortuæ Principi nominis immortalitas adiungeretur, ipsamet, signorum , tabularum , lemmatum voce, terris, caloque æterna prædicabatur . Ergo infimæ contignationis gradus quatuor Excellentissima Felicis Dynastia simulacris expressæ conscendebant, coronas tumulo offerentes , ut palam facerent memoriam tantæ Principis perennem in subiectorum animis regnaturam . Nobilitas Gironiam, & Sandoualiam præferebat stirpem, ut illam ostenderet adhuc in maiorum laude supersistere . Gloria tumulo coronam porrigens declarabat tantæ virtutis in hominum mentibus æternitatem .

Primariæ virtutes tumulo propriores adstabant oculis defixæ in preuostas exuias animæ, quæ digno hospitio virtutes exceperat vniuersas . In suprema rerum serie Religio, Clementia, Equanimitas, Modestia, in mortuæ Principe maxime laudan-

tomba ne gli angoli de' pilastri le quattro virtù Cardinali, rappresentate da statue di bronzo. In somma tutta la mole, ne per la leggiadria del disegno, ne per la varietà degli ornamenti, ne per la ricchezza de' lumi, ne per la proporzionata grandezza, che giugneua alla volta, poteua essere più vaga, ò più sontuosa. Essendosi adunque eretto, e consagrato questo maestoso Tempio in vece di sepolcro ad eternare la memoria dell'estinta Principessa, dalle statue, e pitture, e dalle iscrizioni si rappresentaua immortale nella terra, e nel cielo. Perciò nell'ordine inferiore saluano per le scalinate i simulacri de' quattro Stati di essa à portare le loro Corone alla tomba per far intendere, che la memoria di Principessa tanto virtuosa regnerà sempre nel cuore de' suoi vassalli . La Nobiltà mostraua gli alberi Giron, e Sandoual per far conoscere, ch'ella soprauiuueua à se stessa nella fama de' gloriosi antenati, e la Gloria porgeua la sua corona al sepolcro, additando di voler conseruare viua la memoria del suo merito . Le virtù Cardinali assisteuano da vicino alla tomba guardando le spoglie preziose di vn'anima, ch'era stata sì degno albergo di tutte le virtù. Nell'ordine superiore le statue della Religione, della Clemenza, dell'Equanimità, e della Modestia, virtù singolari, e segnalate della

da sidera eius gentilitia in verticem efferebant, ut calo sideribusque pro meritis illam inferrent. Cuilibet harum virtutum sacra è præcipuis vrna lateribus Historia congruebat, quam luminum, & umbrarum ars emendatissima pinxerat. Pro Religione Anna Samuelis mater preces in templo fundebat mascula prolis fecunditatem sua sterilitati consecutura, quam Heli Sacerdos obseruanti similis, & admiranti spectabat. Tabula in coronide ad pedes Annæ iacens hanc epigraphen auro illustrauerat.

ANNAM IN TEMPLO FELICI STERILITATE
FELICEM SANDOVALIAM IN AVLA
INFELICI FOECVNDITATE PROBATAM
RELIGIO ILLUSTRAVIT.

Prima virtutum audit Religio, quippe Monarchas, & Principes Monarcharum Principi Deo subiecti, atque honoris vectigal iubet deferre. Sed ea est diuini Principis beneficentia, ut cum debitam ab hominibus gloriam recipit, noua propemodum in hominum felicitatem nomina faciat. Rerum inopiam dedit homini Deus veluti stimulum, ut illius potestatem agnosceret, liberalitatem imploraret. Diuina planè benefaciendi consuetudo, illud duxerat, quod tribuentium felicitas sit, tributonis imponere. Sterilitatis probrum, & riuialis conuicia docuere Annam
ieiunia

morta Prìncipessa innalzauano sopra del capo le stelle dell' arme d'essa per mostrare di portarla col merito frà le stelle alla gloria del Cielo. A ciascuna di queste quattro virtù corrispondeua vna storia sagra à chiaro scuro dipinta da valenti Pittori nelle facciate principali dell' Vrna. Per la Religione si vedeua Anna madre di Samuello, che staua orando nel Tempio, e pregando Dio à fecondare la sua sterilità con maschia prole, e il Sacerdote Eli in atto di offeruare, ed ammirare. Nella cartella, che le pendeua sotto su' l'cornicione si leggeua à caratteri d'oro questa iscrizione.

La Religione è Reina delle virtù morali, perche oblige anche i Monarchi, ed i Principi à riconoscere il Sourano de' Regi con tributo d'onore. Mà Dio è vn Principe tanto benefico, che il pagargli la sua gloria per debito è vn contratto di riceuerne felicità. Permette Dio negli huomini il bisogno perche serua loro di sprone à riconoscere la sua onnipotenza, e à sperar bene della sua bontà. Ed è al certo strana beneficenza del Sourano del Cielo l' obligarci solo ad vn tributo, nel quale è congiunto il nostro interesse.

La

*ieiunia domi, fletum in Templo; ideo
luctu oculorum fecunditatem vtero
dedit, & quem voto conceperat He-
roem, re ipsa peperit Samuelem. Nu-
mini quidem accepta est religio mise-
rorum, acceptior Principum; crescit
enim subiectorum magnitudine Prin-
cipis amplitudo. Quanto igitur stu-
dio mortuam Duce[m] amauerit, qua
eximie pia in Templorum cultu, au-
lam in pietatis templum conuertit?
Mira tamen Diuina Prouidentia
nouitas videri posset, quod religiosissi-
ma huic Anna fecunditatem sterilita-
te durior, & fatum dederit non
moriturum modo, sed & materna
mortis auctorem; De tamen aman-
tis repulsa beneficia sunt. Merenti
per sepe beneficia denegat, ut maiora
debeat. Vix adhuc Principi filios
dare noluit, ut mortua, atque in fi-
liam adoptata Patrem se ipsum da-
ret. Amanti nullum tribuit amans
libentius, quam sui donum.*

*Modestia simulacro respondebat
Judith, quam coniuge orbam, & an-
cillis mixtam gynaeceum incluserat.
Aequae moribus, vesteque modestam,
ac vultu formosam omnes admira-
bantur, quod illa, vel nollet videri*

vel

La sterilità, ed i rimproueri della
sua riuale insegnarono ad Anna il
digiuuare, ed il piangere nel Tem-
pio; Perciò le diede le lagrime le
fecondarono il seno. Paffori
quell' Eroe, che concepì con le
brame nel cuore. Benchè la Re-
ligione col suo tributo piace à
Dio anche ne' poveri, tuttaui se
ne stima più onorato ne' Principi,
essendo maggior grandezza del
Sourano l'auer Grandi tributarij,
e vassalli. Quanto adunque au-
rà amata l'estinta Principessa, dal-
la quale hà riceuuto tanti onori
ne' Tempi, e nella Corte da essa
cangiata in Tempio di pietà. Po-
trebbe solo parere stranezza della
Diuina prouidenza l'auer dato
ad vn Anna sì religiosa, e diuota
fecondità della sterilità più male-
fica, prole non solo mortale, ma
dell'ottima madre micidiale. Ma
le negatiue, e le offese d' vn Dio
Amante sono fauori. Non con-
cede tal volta le grazie à chi più
le merita per obligarsi à darle
maggiori. Non hà dato la prole
bramata alla virtuosa Duchessa
per darle se stesso nella morte con
addottarla per figliuola nel Cielo.
Niuna cosa più volentieri conce-
de chi ama, che il dare se stesso à
chi l'ama.

Nella Storia, che corrisponde-
ua alla statua della Modestia, si
vedeua espressa Giudita, che nel-
lo stato vedouile staua nelle sue
stanze rinchiusa insieme colle sue
Damigelle. Quanto bella, altret-
tanto

*vel unam videri verecundiam vel-
 let. Hanc unam frontem, & faciem
 virtus detectam gerit, modestiam;
 Etenim hac sola virtus ab oculis co-
 gnosci potest ex facie; per hanc ceteras
 in corde abditas oculi in vultu co-
 gnoscunt. Corpus ad animi leges
 componit, & sicuti ipsa tutissima, &
 ornatissima vestis virtutum est, ita
 conspici etiam amat in vestibus, eo
 suspici dignior, quo rarius aspicitur.
 Maxima quidem fuerat Iudith mo-
 destia, sed vidua necessaria; integra,
 sed latens, caelestis, sed à terra
 commercio aliena. Quàm insi-
 gnior ergo Principis huius modestia
 enituit in aula, in honoribus, in lu-
 xu? Quàm temperata cultu in diui-
 tiarum pompa? Venustati, quam te-
 gebat, quantam addebat elegantiam
 pudor? Qua vi arcana, occultaque
 corporis compositio ad obsequium ani-
 mos traherebat. Frontem eandem ma-
 iestas, & amor, vultum serenitas, &
 severitas, sermonem grauitas, & hu-
 manitas occupauerant. In familiari
 consuetudine, in agendis rebus, in col-
 loquijs miscendis animum ita corpus
 expresserat, ut illa ubique sibi par, &
 fortuna sua maior videretur. Has
 laudes hac pandebat epigrapha.*

tanto modesta nel viuere, e nel
 vestire. Era da tutti ammirata,
 perche ò non si lasciaua vedere da
 alcuno, ò solo lasciaua vedere in
 se stessa la verecondia. La mo-
 destia è la fronte, e la faccia della
 virtù, la quale solo porta scoper-
 ta; perche ella sola è quella virtù,
 che si può conoscere nel volto, e
 che mostra à gli occhi le altre
 nascoste nel cuore. Compone il
 corpo à proporzione dell'animo;
 E si come ella è la veste dell'altre
 virtù, le quali adorna, e difende,
 così vuol comparire ancora nelle
 vesti. Ella però è più degna di
 marauiglia, oue più di rado si ve-
 de. Fù grande la modestia di
 Giudita, ma necessaria in vna ve-
 doua. Si conseruò, ma nascosta,
 Angelica, ma fuori del mondo.
 Quanto più adunque è stata am-
 mirabile l'insigne modestia di
 questa gran Principessa nelle Cor-
 ti, ne' gouerni, nelle grandezze?
 quanto era parca negli ornamenti
 trà gli splendori delle ricchezze,
 quanto aggiugnea alla sua beltà
 la verecondia, che la copriua?
 con qual segreta, ed occulta forza
 tutta composta nella sua persona
 violentaua à venerarla. Era in
 essa la maestà, ma affabile. Sere-
 no il volto, ma graue. Cortese il
 parlare, ma sentenzioso. Tutto
 il corpo era fatto ritratto del suo
 compostissimo animo, nel tratta-
 re, nel conuersare, e nell'operare
 compariua Gran Signora anche
 di se stessa, e della sua fortuna.

Questa

FELICEM, VULTU, GESTU, ORNATU

AD IVDITH. IN GYNECAEO. LATENTIS IDEAM
 VEL IN SPLENDIDO FORTVNAE. TVMVLTV
 MODESTIA. COMPOSVIT.

*Clementia imaginem pieta seque-
 batur Esther ante Assuerum Regem
 ad periclitantis populi salutem prono
 corporis habitu supplex. Regina hae
 mortis discrimen subiit pro civium li-
 bertate, suam felicitatem rata, si coro-
 nata victima publica felicitati litaret.
 Diadema, quod a fortuna sui vultus
 acceperat, dignius eiusdem capiti im-
 posuit clementia, qua animum impe-
 rio natum ostendit; nusquam enim
 magis, quam parcendo regia, & diui-
 na mens aperitur. Si quis extincta
 Principis ignorasset genus, & digni-
 tatem, maximam tamen Principem
 ex vna mansuetudine, clementiaque
 dixisset. Immunem ab iniurijs fece-
 rat non tam fortuna, quam animi
 magnitudo, qua ut olympus nubem,
 unde perturbari posset, omnem ex-
 cesserat. Ex animi consuetudine
 regia cordis clementia nascebatur;
 Quamobrem Excellentissimus Con-
 iux uxoris cum supremo anhelitu
 colluctans preces, & vota solaturus,
 omnes leuiorum criminum reos
 vinculis detentos libertati restituit,*

Questa verità si spiegaua dalla se-
 guente iscrizione.

Alla statua della Clemenza
 corrispondeua la pittura di Ester
 rappresentata in atto suppliche-
 uole auanti il Rè Assuero per sal-
 uare il suo popolo condannato.
 Quella gran Reina offerì se stessa
 al periglio della morte per libera-
 re i suoi cittadini, stimando sua
 sorte l'esser vittima della pubblica
 felicità. Parue degna della Co-
 rona riceuuta in dono dalla fortu-
 na del suo volto, quando con la
 Clemenza ne mostrò animo ca-
 pace, non essendoui cosa più rea-
 le, e diuina, che il perdonare. Chi
 non aueste conosciuto i Natali, e
 la grandezza della Sig. Duchessa
 estinta, dalla sola mansuetudine,
 e dalla Clemenza l'auerebbe sti-
 mata vna gran Principessa. Parue
 incapace di riceuer offesa non so-
 lo per la grandezza della sua sorte,
 ma anche del suo animo, che co-
 me l'olimpò era superiore ad
 ogni nube ne temeua, che lo po-
 tesse oscurare. Dalla mansuetu-
 dine era nata nel suo cuore vna
 real clemenza. Perciò in riguar-
 do d'essa mentre staua combat-
 tendo con la morte, l'Eccellentis-
 simo Sig. Duca suo marito diede
 libertà à tutti i prigionieri capaci

quòd mitissimo cordi nullum afferrì posse solacium maius ex ipsius voce cognouerat. Quamobrem, ut audiuit illa morem sibi gestum à coniuge, ait, sibi rem hanc, & peractam, & nunciatam cariorem esse salute, ac vita. Clementiam certè animæ loco se habere ostendit, qua fato imminente sui oblita animum ad alienam salutem, & vitam adiecit. Hoc idem lemma suppositum innuebat.

di grazia; stimando non poter porgere maggior conforto à quel benignissimo cuore, che col secondare le sue brame. Onde quando da esso intese auerlo esequito, disse, più stimo quest'azione, e che me l'abbiate fatta palese, che se m'assicuraste la salute della vita. Mostrò al certo di auere la Clemenza per anima, mentre in punto di morte dimenticata se stessa pensaua all'altrui libertà, e all'altrui vita, il che uenia spiegato dall'iscrizione.

FELICEM IN MORTIS DISCRIMINE VITAE OBLITAM
CAPTIVORVM LIBERTATI, ET SALVTI INTENTAM
REGINAE ESTHER PAREM
CLEMENTIA COMMENDAT.

Equanimitatè comitabatur mortura ex partu Rachel in oculis afflicti Iacob. Heroïna hæc patrijs è laribus egressa una cum Sponso, & Consobrino prosperam fortunam secum uehere uidebatur. Attulerat illa uenustatem quatuordecim seruitutis grauissima annos promeritam; caeleste donum foecunditatis à sterili sinu nascentis; dotem ingenti patrimonio parem. Accedebat iter in patriam calitum agmine stipatum ad triumphi speciem. Nihil erat non laetum aut felix, cum Rachel ipso atatis, & pulchritudinis flore, prolis erigenda difficultate correpta in itinere inter maritos luctus, & inanes gemitus occumbit; uirtutis enim periculum facit Deus non aduersa minus, quam secunda sorte. Vtranque Rachelis

Alla statua dell' Equanimità faceua confronto Rachele moribonda di parto sù gli occhi dell'afflitto Giacobbe. Appena fù uscita dalla casa paterna quell' Eroïna col suo sposo, e cugino germano, che parue condurne seco per compagna la buona fortuna. Vna bellezza, che auca meritato la trauagliosa seruitù di 14. anni. Vna fecondità nata da vn seno sterile, come dono del Cielo. Vna dote eguale ad vn gran Patrimonio. Vn viaggio alla Patria, che con l'assistenza della milizia Celeste era vn continuo trionfo: Tutto era allegrezza, e felicità, quando conuenne à Rachele nel fiore della bellezza, e degli anni morire di parto, sù la strada

*chelis fortunam videre est in Excel-
lentissima Duce, quam formosam,
foecundam, diuitem, propinquam sui pa-
ce, belloque clarissimi coniugem, pa-
tria extorrem fatura difficultas ex-
tinxit. Sed eius equanimitas utra-
que fortuna maior Gloria sertum ob-
tinuit, quod hac ostendebatur epigra-
phe.*

strada trà le angoscie ; e agonie
dell'amante marito ; Perche Dio
fa pruoua della virtù non meno
con la disgrazia, che con la felici-
tà. Si può facilmente riconoscere
in ambedue le fortune di Rachel-
le la Sig. Duchessa, bella, seconda,
ricca di stati, sposa d'vn suo cugi-
no germano, glorioso in pace, e
in guerra, fuori della patria mor-
ta di parto. Ma essendo superio-
re con l'Equanimità egualmente
alla prospera, e alla contraria for-
tuna hà meritato vna corona di
gloria ; Perciò diceua l'iscrizio-
ne.

RACHELI IN PVERPERIO MORIENTI
FELICEM SORTE, AETATE, ET FORMA SIMILEM
VTRIVSQUE FORTVNAE VICTRICEM
AEQVANIMITAS CORONAT.

*Hoc regio apparatu, & sumptuo-
sissimo mausoleo instructum scalense
templum VII. Kal. Nou. anno huius
saeculi septuagesimo primo populum
ad solemnes aequè ac luctuosas infe-
rius admisit. Latus Templi latus
tumulo, & maiori ara interiectum
Regiorum Tribunalium assessores,
& Praesides tenuerunt, quibus adue-
nientibus Canonici omnes obuiam
honoris gratia processere. Latus al-
terum Excellentissimum Senatorum
ordinem accepit, quem Magistratus
Ordinarius, & Extraordinario-
rum (ut vocant) Reddituum seque-
bantur. His omnibus in tabulato ad
ipsum odai pavementum erecto sub-
sellia patebant nigranti panno infra-*

In questa guisa con maestoso
apparato, e con sontuoso Mausoleo
adornato il Tempio della Sca-
la il giorno de 26. d' Ottobre
1671. si aprì alle solennissime in-
fieme, e lagrimeuoli esequie.
Assistevano alla sagra funzione
da vna parte trà la Cappella mag-
giore, e il tumulo tutti i Regj Tri-
bunali in corpo co' loro Presiden-
ti, i quali in venendo furono in-
contrati, e riceuuti da tutti i Ca-
nonici. Dalla banda del Vange-
lo sedeuà nel primo ordine il Se-
nato Eccellentissimo, e poi i Ma-
gistrati delle rendite ordinarie, e
straordinarie sopra panche alte
da terra coperte di neri panni, e
solleuate

ta. E Regione ordines Ciuitatis primum, deinde Collegij Iudicum Comitum Palatinorum, mox Procuratorum Causidicorum in sedibus atratis aderant. In reliqua Templi area Canotaphium inter, & principem ianuam seruato honoris ordine assidebant. Montis Albani Comes, nunc Vceda Dux, Excellentissima Ducis gener, (qui funus procurabat) Melgarij Comes propinquitate cōiunctus, Fontis Saliti Comes, caterique titulo insignes viri, bellicis, vel pacificis Magistratibus conspicui, alijq, quā plurimi, quot loci amplitudo receperat. Circa funereum pegma moestissimè atrata, suoque in loco opportunè collocata stabat aula familia. In primo Templi atrio, hastatorum, & sclopetariorum cohortes, in Templo verò Teutones Excellentissimi Ducis Praetoriani milites omnes funebri veste, armisque luctum efferabant. Parentalia Ioseph Mirabilia Nouariensis Antistes funebri laudatione incohauit, qui multo agmine ad Templum progressus, ibidem effusis musicorum concentibus, & ad fores à Seniori Canonico, alijsque duobus exceptus, frequenti Clero deducente per Mausolium ad aram principem splendide ornatam se recipiens, breues post presces, Pontificijs vestibus assumptis,

solleuate sopra vn pauimento eguale al primo piano del coro. Dirimpetto ad essi erano ripartiti pure in trè fila altri trè Tribunali, cioè della Città, del Collegio de' Giudici, Conti Palatini, e de' Procuratori anch'essi sopra panche poste à piano della terra vestite di lutto. Dall' altra parte trà la mole sepolcrale, e la porta principale sedeuano con ordine proporzionato à loro gradi gl' Illustrissimi, & Excellentissimi SS. il Sig. Co. di Montalbano ora Duca d'Vceda, genero dell' Excellentissima Sig. Duchessa, che assisteua al funerale, il Sig. Conte di Melgar, il Sig. Co. di Fuenfalida, e tutti i Titolari, Capi di guerra, Ministri, e Cavalieri, che vi poterono capire. Intorno al Mausoleo era ripartita per ordine la famiglia di casa con mestissimo lutto. Nel primo atrio del Tempio stauano in ordinanza le compagnie delle Lancie, e degli Archibugieri, e dentro la chiesa l' altra degli Alemanni tutte trè della guardia di S. E., e le vne, e le altre vestite di duolo. Si diede principio alla funzione funebre da Monsignore Marauiglia Vescono di Nouara, il quale venuto al Tempio con molto corteggio, fù riceuuto con pieno Coro di Musica alla Porta di essa dal Decano, e da due Canonici con molto Clero, e accompagnato per mezzo la Chiesa, passando sopra il Mausoleo fin' all' Altare maggiore sontuosamente orna-

*Suggestum opulentis, ac funebribus
 aulais tristem conscendit. Tresiti-
 dem conscendere Canonici, quorum
 alter cum superpellitio Pontificale
 amiculum, reliqui duo tunicas induer-
 rant. Sedens itaque ingenti maies-
 tatis specie Antistes tam diserta elo-
 quentia, tanta ingenij laude, erudi-
 tione adeò sublimi Excellentissimam
 Ducem laudavit, ut animi audito-
 rum capti cum unum tantæ Principi
 celebrandæ parem prædicarent. Ex-
 cellentissimi Ducis iussu laudatio
 huic volumini adiecta est, quod agrè
 ferebat Præsul eam suppressere cu-
 piens, ut scientia, ingenijque dotibus
 maiorem adderet laudem modestiæ.
 Laudatione absoluta regressus ad
 Aram, & Sacerdotalibus indumen-
 tis depositis, eodem, quo venerat, co-
 mitatu Antistes discessit. Inde ad
 Scalensis Præpositi ædes Clerus (ut
 ad Templum honestius deduceretur)
 contendit, instructoque agmine per
 augustiorem Templi ianuam acies
 ingressa est, suaves inter, flebilesque
 sonos musicarum vocum, & instru-
 mentorum, peritissimis tam arte, quàm
 vocis elegantia, cantoribus ad eam
 rem cum ex aulico, tum ex Metro-
 politano concentu delectis, & qua-
 tuor in choros diuisis. Indutus so-*

to. Fatta iui breue orazione, e
 prese le vesti Pontificali andò in
 pulpito addobbato di ricchissimi
 neri strati coll'assistenza de' iudet-
 ti tre SS. Canonici; l'vno de' qua-
 li auena cotta, e puiuale, gli altri
 due con cotte, e tonicelle, e di al-
 tre persone, che lo seruiuano.
 Sedendo adunque il Prelato con
 gran maestà spiegò l' eccelse lodi
 dell' Eccellentissima Duchessa con
 eloquenza sì nobile, con concetti
 sì rari, con dottrina tanto solle-
 uata, che rapì gli animi di tutti;
 E parue degno Oratore di così
 gran Principeffa. Si è posta l' ora-
 zione in questo libro per ordine
 di S. E., essendo conuenuto il ce-
 dere à Monsignore, che la voleua
 tener nascosta, aggiugnendo a'
 pregi del suo sapere, e del suo in-
 gegno vna lode molto maggiore
 con la modestia. Detta l' orazio-
 ne Monsignore si portò all' Altare
 maggiore doue si spogliò delle
 vesti Pontificali, e se ne partì per
 la Chiesa coll' accompagnamen-
 to, col quale era venuto. Dopo
 questa funzione andò tutto il
 Clero alla stanza di Monsignore
 Preposito della Scala per seguirlo
 al Tempio, e postosi in processio-
 ne, entrò per la Porta principale
 della Chiesa tra le armonie soa-
 uissime, e flebili delle voci, e de
 gli strumenti à quattro cori di
 sceltissimi musici tanto della Cap-
 pella di Corte, quanto del Du-
 mo, e de' più eccellenti nella vo-
